

De Caesare et Catone

Anno a. Chr. n. sexagesimo tertio Catilina, senator Romanus, contra rem publicam coniuravit. Cicero consul eam coniurationem detexit atque postulavit, ut coniurati punirentur. Eo tempore Romae duo viri maxima virtute vivebant: M. Porcius Cato et C. Iulius Caesar. Quibus erat genus praeclarum atque ingenium acerrimum; moribus autem diversi erant. Nam

5 Caesar propter dona mirabilia a civibus magnus habebatur, Cato propter iustitiam. Hic modestia, ille liberalitate nomen sibi paraverat. Huic mores severi, illi clementia gloriae erat. Hunc senes, illum iuvenes praedicabant. Illius enim facilitas, huius constantia laudabatur. In illo hominibus miseris perugium erat, in hoc malis perniciēs.

10 Hoc opus etiam nostra aetate legitur. Cum Cicero illud periculum magnum, quod rei publicae imminebat, senatoribus aperuisset, et Caesar et Cato mores suos retinuerunt. Nam ille socios Catilinae defendit his verbis: „Hi viri, quamquam una cum illo Catilina consilium urbis vastandae et rei publicae delendae inierunt, tamen cives Romani sunt. Utinam ne hos cives sine iudicio caederetis!“

15 Sed Cato: „Verba ista timore me afficiunt. Tu enim, Caesar, dum postulas, ut etiam in cives malos clementes simus, illam curam, quae hanc civitatem oppressit, auges. Nisi enim isti homines morte punientur, res publica nostra isto modo vexata in perniciem incidet.“

(aus: Ianua Nova II)

Und hier die Originalstelle bei Sallust:

1 [54] Igitur iis genus, aetas, eloquentia prope aequalia fuere, magnitudo animi par, item

2 gloria, sed alia alii. Caesar beneficiis ac munificentia magnus habebatur, integritate

3 vitae Cato. Ille mansuetudine et misericordia clarus factus, huic severitas dignitatem

4 addiderat. Caesar dando, sublevando, ignoscendo, Cato nihil largiundo gloriam adeptus

5 est. In altero miseris perugium erat, in altero malis perniciēs. Illius facilitas, huius con-

6 stantia laudabatur. Postremo Caesar in animum induxerat laborare, vigilare; negotiis

7 amicorum intentus sua neglegere, nihil denegare, quod dono dignum esset; sibi

8 magnum imperium, exercitum, bellum novum exoptabat, ubi virtus enitescere posset.

9 At Catoni studium modestiae, decoris, sed maxime severitatis erat; non divitiis cum

10 divite neque factione cum factioso, sed cum strenuo virtute, cum modesto pudore,

11 cum innocente abstinentia certabat; esse quam videri bonus malebat: ita, quo minus

12 petebat gloriam, eo magis illum (gloria) sequebatur.

Übersetzungshilfen/**Lernvokabular**:

1	aequalis, e	- gleich, ebenbürtig
	magnitudo animi	- hochherzige Gesinnung, innere Größe
2	alia alii	- bei jedem auf eine andere Art
	munificentia	- Freigiebigkeit
4	sublevare 1	- (= <i>adiuvare</i>)
	nihil largiri	- keine Wahlgeschenke machen
5	facilitas, tatis f.	- Umgänglichkeit
6	in animum inducere	- sich zu Grundsatz machen
	vigilare 1	- wachsam sein
7	denegare 1	- abschlagen
	dono dignum	- zum Schenken geeignet
8	enitescere 3	- glänzen, strahlen
9	modestia	- Bescheidenheit, (hier:) Selbstbeherrschung, Mäßigung
	decus, oris n.	- (hier:) würdige Haltung
10	factio, onis f.	- Partei, (hier:) politisch einflussreiche Stellung
	factiosus 3	- Parteipolitiker
11	abstinentia	- Selbstlosigkeit
	certare 1	- kämpfen, streiten
	quo minus ... eo magis	- umso weniger ... je mehr

[...] Der dritte Exkurs (c. 53,2-54,6) beinhaltet die Synkrisis Caesar-Cato. Sallust stellt hier zwei Männer von herausragender Virtus in einer Zeit des allgemeinen Sittenverfalls gegenüber. Während Cato als fest im traditionellen römischen Ideal (*severitas*) verankert dargestellt wird, erscheint Cäsar als praktischer Staatsmann (*facilitas*, im Gegensatz zu Cato außerdem *miseri-cordia*). Die Eigenschaften beider gegensätzlicher Persönlichkeiten zusammen ergeben „eine wesentliche Grundlage des römischen Führertums“⁵. Sallust lässt in der Synkrisis, die erst deutlich nach der Verschwörung und dem Tode Caesars und Catos entstanden ist, relativ offen, ob einer der beiden in der Lage gewesen wäre, den Staat dauerhaft zu retten.

(aus: Helmers, Michael: Sallusts Dekadenztheorie, S. 16)

5 (Fußnoten s. Original)